

DISPUTATIO PHYSICA,  
*De*  
 METALLORUM QUAMVIS INFIMO, OMNIUM  
 Tamen ffre UTILISSIMO,  
**FERRO ET CHA-  
 LYBE,**

Qvam,

Utut ruditate ingenii & inopia stili elabora-  
 tam, induit tamen ac Candido Amplissi-  
 mæ FAC. PHIL. suffragio,

Gubernante NUMINE DIVINO,

Sub PRÆSIDIO,

*Viri Excellencissimi ac Amplissimi*

**Dn. M. PET. HAHN,**

In Regio hoc ad Aures Musarum Palladio,  
 Scientiæ Naturalis Professoris celeberrimi,  
 Præceptoris ac Promotoris sui jugiter ho-  
 norandi:

Piorum ac probiorum omnium cordata censura  
 publici spectaculis loco modeſte submittit

**MAGNUS J. SCHÄLHÖÖS/**  
 Wex: Smol.

*In Accademia Max. d. 28. Nov. An. 1688.*

ABOÆ, Impr. apud Joh. WALLIUM, A.T

SAC. REG. MAJ. magna fidei Viro,  
Generis prosapia, Majorum gloria &  
rerum gestarū fama, maxime inlyto  
*Nobilissimo ac Generosissimo Domino,*

## DN. GUSTAVO ADOL<sup>F</sup>PHO MECLEJN/

Regiae militiae in Districtu Biörneburgensi pro - Tribuno strenuissimo, Hæreditario de Brpala & Wadzewitz/  
Dn. de Innis & Gesterby/ Domino gratiosissimo.

*Admodum Reverendo & Praeclarissimo*

## DN. M. PETRO PLATINO,

Praeposito in Kongahdrad & Pastori in Nybbelds  
dudum meritissimo, ut quondam Praeceptor  
suo fidelissimo; ita & nunc Promotori indu-  
bitatissimo, quovis filiali cultu aeternum suspi-  
ciendo, & obsequiosis officiis maxime  
colendo:

*Pl. Reverendo & Clerissimo Viro,*

## DN. GUNNARO HEURLINO,

Scholæ, Cathedr. ad Lacum Wexiö, Rectori &  
Moderatori dexterrimo, antea etiam Praeceptor  
quam maxime adsiduo; jam vero Fautori  
magno ac honoratissimo.

PROSPERITATEM

Nobilitatis gloria & Virtutum laude  
Illustri,

Generosissimo Domino,

**DN. LAURENTIO**  
**M E S S I N I**

Domino de Rullio / Puonegniemi &  
Ruggom / Nutritio meo liberalissimo  
& propensissimo.

*Fidelium Regi nostro Clementissimo addicte,*  
Maxime conspicuo Viro,

**DN. NICOLAO S L J N E**

Nitrariorum per Smolandiam & WestroGo-  
thiam supremo Inspectoris accuratissimo, ut o-  
lim Nutritio probe benigno ; ita nunc Fautoris  
certissimo, maximo zelo prosequendo.

*Venerabili ac Humanissimo*  
**DN. SVENONI WEXIONIO,**  
Civitatis Wexionensis Ecclesiastæ vigilantis-  
simo, Amico ac Fatori suo pro-  
batissimo :

OMNIGENAM ET ANNOS!



It Solidum Metallum, ferrum  
imo grave, Chalybs quoq;  
durus, nihil tamen tam  
durum & firmum, nihil  
quoque tam densum, ni-  
bilque tam compactum, quod tandem non  
cedit: fusa mollia fluunt, densata & du-  
ra liquecunt & liquida arefacta, eju-  
rata duritie, mollescunt, adeo hecce dum  
certant unum excellit. Qvis esset tam  
ferus? quis foret tam asper? tam durus  
ac immanis, qui adfectus favore, fa-  
voris ardore non commoveretur? Precla-  
ra sane illa est laus, limpidissima illa &  
gloria, que exorta mente sincera, pectore  
mere pio, ac animo valde grato, defluit  
ac stillat; hinc omen videte! nec nomen  
videte! Non enim modo humilitatem Vi-  
derer neglexisse, virtutem edisse, gratum  
pietatis animum deposuisse, quin memoriam  
insuper beneficiorum exuisse proclamarer,  
si non

si non contestarer, contestatione quoque  
convenienti firmarem, nostra quod Muse  
qualescumque Camœne, mortue fuissent,  
sepulta jacuissent, ni illus patreni benigni,  
promotores propensi, qua estis in omnes  
literarum Cultores egenos clementia & be-  
nignitate, alimenta & calcaria subdidisse-  
sis, benigne eas levassetis, levatas firmiter  
promovissetis. Quidam quippe vestrum  
me Elementorum lacte nutriversis, quidam  
adultiorem factum pietatis ductu fuluber-  
rimis & melliferis praeceptis imbuiuntis,  
quidam autem asperam studiorum viam  
pene fatigati enixe mitigastis, Omnes ve-  
ro eximio sapientiae & consiliorum thesauro  
florentes, cum molestia certantem non mo-  
do impense juvistis, quin ardorem insu-  
per currendi in illo excitastis : que omnia  
monumenta pleno velut ore, me ut sacri-  
ficium quoddam gratitudinis, vestrae bene-  
volentiae aris, usinam gratum ! offeram,  
acclamante. Pergatis proinde, Patroni  
optimi, eos esse qui me conservant ; bas-  
eeque pagellas in memoriam vestrorum  
benefi-

beneficiorum qualicunque modo exaratas, ad-  
versus omnes Momorum, Aristarchorum, p̄a-  
primis vero labore laborantium morsus &  
calumnias defendatis, & ita non modo be-  
nigna fronte adspiciatis, quin & pro ve-  
stro Amplissimo affectu, pro vestra di-  
gnitate, proque vestro ipsorum ornamen-  
to tegatis & tuemini: Ego certe post-  
bas ut antea absque fuso & adulazione  
precabor, ut vobis & mibi Reipublica ac o-  
mnibus probis diu felices atq; ab omni par-  
te beati, vivatis floreatis Valeatis!!!

Cen vovet

Vestrarum Nobilitatum

Tuæ Reverendæ Dignitatis

Tuæ Amplitudinis

Vestræ Reverentia & Humanitatis.

devotissimus ac paratissimus

MAGNUS STÅÅLHÖÖG.

VIRO - JUVENI

LITERARUM VIRTUTUMQUE DECORE MULTO OR-  
NATISSIMO,

DOMINA MAGNO STAÅLHÖÖSI  
Smol.

De Naturâ FERRI CHALYBISq; proprio Marte  
elegantè differenti, Amico & Commiliti  
perdilecto :

**C**essu durum Ferrum rigidusque Chalybs,  
solet, Ignis  
Flammā, asfernari Mulciberig; faces,  
Sic tibi mens immota manet perferre labores,  
Mi STAÅLHÖÖS, duros Herculeosq; simul,  
Dum colis assiduo studio curæq; molestia  
Meonides Musas Laurigerasq; Deas.  
In stadio cœpto porrò Alite perge secundo!  
Annorum seriem Nestoreanisq; vide!

L. Mq; ex animo gra-  
tabar

Dab. Raptim Aboe  
die 16. ante Cal. Iobris  
Anni 1688.

SIMON ZAEPDI  
Met. & Log. Prof. Ord.  
h.t. Academiarector.

Præ-

Prestantissimo ac Literatissimo  
DN. MAGNO Σεβαστού Καρλού  
SMOLAND.  
Fautor & amico suo sincere colendo,  
de CHALYBE publice & solerter di-  
sputaturo,  
Amica, licet subitaria περ φύησις:

Officio *Chalybis* sicut scintillula gliscit  
Excussa abstrufis visceribus *silicis*;  
Ac tenuem rursus dicit Vulcanus in  
ignes  
Scintillam rapidos, dum favet aura  
levis;  
VERTEX sic CHALYBIS pol mentis acu-  
mine MAGNUS  
*Ipse Chalybs quid sit?* flexanimo ore  
docet;  
Unde illum maneat plenis spectata the-  
atris  
Gloria, quæ titulos laurigeræ artis  
habet!

ELIAE WOIVALENII,  
Schol. Cath. Ab. ConRect.

MCMXII

Meum Iesu Solamen Vela Secundet!

§. I.

**I**ngressuri iter aliquod, id quod multis spinis, præruptis laxis, multis suspectis anfractibus impeditum, liberrima non modo voluntate, qvin multorum etiam procul dubio auctoritate, subterfugiunt; Similiter quoq; & nos animo agitantes, Duce Deo & recta mentis ratione, ferri ac Chalybis naturam proprietatesq;, quo usq; lumen ingenii nostri licet admodum tenuis, pertingere potest, speculari ac perspicere; amplum illum de metallis in genere disputandi campum, suadente materiæ abundante copia, monente insuper facultate ac conditio ne nostra, lubentes prorsus relinquim; pariter ac devia illa homonymorū cōpita, in asperrimo hocce ac dubio, quamvis exiguo disquisitionis ferreæ curriculo, spontaneo ductu transgredimur, gradusque istos sinuosos, nec sine validis momentis præterimus. Cum duo isti intrinseci loci qui a logicis *Notatio*

A

& Con-

& *Conjugata* audire sverunt hic sint steriles, cumque in itineris fronte non tam viarum quam festinationis ratio sit habenda, ac veluti in libra quadam illa duo pensanda; ferri ac Chalybis *ιρρηνησθαι*, absq; anxiori cura . alia perseqvuturi magis necessaria, omittimus, considerantes tantummodo, laute ipsius rei copia contenti, realem si-  
ve essentialē *ferri* definitionem; cum non tam nomen hic venemur quam ipsam rem, rei naturam proprie-  
tates & causas, juxta effatum: *Felix qui  
potuit rerum cognoscere causas.* Definitio-  
nem autem, quam nos ut genuinā lētis ulnis amplectimur, Clarissimus noster Sperlingius nobis exhibit talem: *Fer-  
rum est Metallum imperfectum, durum ex  
piurimo sulphure crudo, terrestri & indigesto,  
& paucō argento vivo, saleque impuro ge-  
nitum.*

### §. II.

Qvo longius a nobis remota, hoc ma-  
jori etiam cum desiderio expetuntur  
metalla, adeo ut mens humana, quæ  
quo

quo plvra habet, eo ampliora concipi-  
scit nunquam fastidio sciendi capiatur,  
qvin in terræ etiā viscera, a qvibus pristi-  
na abstinuit avaritia, neglectis hisce su-  
perioribus, irrumpat, ubi humana sa-  
gacitas, quam ludit in humanis Divina  
potentia rebus, magna ac singularia  
naturæ providæ matris miracula so-  
lerti acumine animadvertis. Ista in  
Metalli hujus genesi eluentia, calamo  
quodam brevi depingere heic loci, cir-  
ca resolutionem definitionis, haud in-  
commode conveniat. Metallum itaq;  
statuentes genus non univocum nec æ-  
quivocum sed analogum, cui quippe  
essentialiter de auro argento cupro  
ferro, stanno & plumbo, sed tamen in-  
æqualiter dici convenit; apprime ve-  
ritati consentaneum existimamus affir-  
mare, quod distinctum semen ab her-  
barum animalium cæterarumq; natura-  
lium rerum semine, ferro ~~de~~ <sup>τε</sup> πρωτως competat, cum πρωτως perfectis inesse o-  
mnino sit statuendum. cum enim in  
omni corpore naturali in Amplissimo

4  
totius Mundi Theatro obvio, sulphur  
reperiatur quod ignem maxime redo-  
leat, eo quod subito in flamمام, ex-  
ficcativa quadam & oleaginea virtu-  
te, reliquisque igni congruis virtuti-  
bus & proprietatibus, exardescat; Re-  
periatur præterea etiam argentum vi-  
vum sive Mercurius, ubi aquæum sicco,  
subtile grossio, leve gravi, mira sane ra-  
tione conjunguntur, qui in aquæa sane  
& aërea sua substantia humidum refert;  
inveniatur quoq; sal non usuale sed sub  
involutro quodam in intimi centri  
Thalamo latens vis quædam semina-  
lis, rerum omnium constitutrix omnia  
per secula duratura; quod ut exactissi-  
mæ terrestris consistentiæ molem ex-  
primit: ita quoque ferro duritiem &  
soliditatem præbet, sulphur ac Mercuri-  
um adeo arête continens; ut eorum vir-  
tute hoc ipsum sal vestitum igni ac a-  
quæ, quæ ob naturæ suæ conditionem  
subsisterent nequeunt, soliditatem ac con-  
sistentiam largiatur, & una eademque  
res triplici virtute producta ac consti-  
tuta

tuta conspiciatur. Qvod semen universale spiritum architectonicum sive salino - Sulphureo - Mercurialem nunquam cupandum censemus , non quod sale minerali aut Mercurio actu consistat, sed quod virtus ejus in his tribus tanquam genuinis ac propriis subjectis resideat atque elucescat: in quo principio juxta *Ferri* generationem terrenum Elementum prædominium obtinet, quia terrestri tunc matrici Semen est concreditum, primaria Salis virtute pro temperamento dominium exercente.

### §. III.

Cum itaque extra omnem dubitationis aleam sit positum, seminale generationis principium , una cum sale sulphure & Mercurio constitutionis principiis ac causis propioribus, proxime cooperante forma specifica , ex centro seminis hujus egressa, remote vero pro varia materiæ dispositione Elementis; non modo ferro, quin omnibus etiam metallis & mistis corporibus inesse

inesse: quod vel nitrum a matrice extractum abunde testetur cum aliud iterum denuo regeneretur, & quamquam colores externi facile mutantur, in corpus tamen metallicum salvā manente forma interna, lubentes redunt; dicendum omnino est, *causam efficientem principalem universalem* primum esse Deum, qui primitus ferrum crevit, & potentiam in materia disposita sese multiplicandi, cum sit corruptibile, indidit; Deinde & *astra*, quae virtute sua influente remote, sicut *ipsa Elementa*, quae vehiculum generationis ferri sunt, in hæcce inferiora agunt: Hæc inquam Elementa, quae, *materia* ferri sunt *remota* quia *proxima* sunt Sal sulphur & mercurius, cum sint impura, ferrumque ex substantia terrestri, crasso crudo ac impuro principio constet, quorum inquinamento semper fordanet, dum contaminatione Minerarum a materia, quam ad optimum natura evocat, in matrice disposita degenerat; adeo durum evadit, ut igni vehementer

ter resistat, & non nisi vehementi flammariū incendio fundatur: hinc nec difficile est judicare, unde splendor & nitor, qui in ferro & reliquis Metallis enixe commendantur, proveniant, nempe quod particulæ istæ solidæ ac compactæ actioni luminis resistant, atque sic proinde lumen reddant, unde sequitur ferrum rite lævigatum, lucidum potius quam coloratum videri debere. Præcipue autem circa hunc locum notentur ductilitas & fusibilitas, quæ tanquam propria omnium Metallorum, unde proveniant, mens nostra vix caput, cum vel ad incudem extendantur vel in fila ducantur; nisi partes Metallicæ primæ essent longæ, spiritibus istis salinis mineralibus evibratis, & in filamenta quædam ramuscularū instar difflatis, qui quo fuerint puriores defecatiioresque, & materia locusq; magis idoneus proportionatus, hoc ferrum vel aliud metallum exsurget perfectius puriusq;, cui cum insit aliquid viscosi igne liqvatum fluit & ductile redditur.

8 Ratione modo commemoratæ materiae  
 differentia specifica est spectanda: fer-  
 rum itaq; Metallum appellamus imperfectum  
 non absolute sed comparate ac respe-  
 ctive, spiritus namq; salini sub ratione  
 quadam Generica quamvis possint  
 considerari, nihilo minus tamen suas  
 specificas habent differentias, pro ra-  
 tione salis communis, aluminis, nitri  
 ac vitrioli, adeo ut ex varia horum spi-  
 rituum cum alia atq; alia differentium  
 mineralium commixtione, non ubivis  
 locorum ferrum æque bene excoctum  
 inveniatur: Par sane omnium Me-  
 tallorum heic observanda est ratio ex  
 hac namq; varia mixtura alia Metalla  
 sunt duriora; alia molliora, alia per-  
 fectora alia viliora dicenda: omnia sa-  
 ne a materia in optimam perfectionem  
 evocat natura, adeo ut ne ullum alte-  
 rius in suo genere perfectione egeat,  
 unde ferrum quoq; perfectum volu-  
 mus; terrestris tamen materia & cru-  
 da variaq; spirituum salinorum com-  
 mixtio, in comparatione ad aurum &  
 ce-

cetera. imperfectionis ferrum arguit:  
 Ex variis proinde succis variis terrestribus glebis, variis emanantibus salium generibus, vel etiam pellucidis Crystallinis Corporibus, multiplici insuper sulphure unde diversitas coloris clarissime dijudicanda, pro glebae terrestris dispositione, ignisq; subterranei efficacia ac gradu, consumta humiditate impura & superflua, durum evadit & in ferrum a natura intentum, materia transmigrat. ¶. V.

*Particularis causa efficiens est ipsa forma*  
 quam propriam habet ac genuinam,  
 quæ ferrum informat & suum largitur  
 esse specificum in suo terminali principio,  
 qui spiritus Architectonicus, etsi in  
 peculiariter distincto non apparet cor-  
 pore, non tamen est inficiandum, qvin  
 vim sese multiplicandi, a prima crea-  
 tione sibi inditam, in materia disposita  
 & loco idoneo, habeat: Nam & salix  
 semen non gignens, per totam id ha-  
 bet arborem dispersum, ut per ramum  
 etiam amputatum propagetur; & etsi

sal maxime sit fixum nil qvicquam tamen obstat, quo minus se ceteræ materiæ conjungat, donec mutuo nexu junctum, formæ dominio cedit, quæ ferrum componit. Componitur autem, nascitur, augetur & nutritur svasi materiae adpositione & appulsi : salina namque illa corpora, quibus semen abundat *σινης* quadam dulce ac amanter conspirant, & velut Magnetissimo qvodam seu Magnetico similiū ad similia confluxu, unde ferrum radiativa facultate, concomitante vi ferrea, nunc in hanc nunc in illam figuram transformatur, inæqualiterq; particulatim ac crustatim condensatur, atq; sic per additamenta extrinsecus applicata, non vero intro admissa accrescit, nam alias suscepto alimento ad interiora, ferrum aut rude aut tantum inchoatum, aut etiam perfectum omnino, sine ullis unquam additamentis inveniretur. *Instrumentales causæ*: sunt calor & frigus, cuius beneficio attenuations,

tiones, coctiones, resolutiones, condensationes & confirmations fiunt. Vix tamen *haec cause* speciatim consideratae ea virtute pollent, ut succum ferreum efformare solae valeant, cum sint accidentia, a quibus solis tanta durities minime coagulari potest. Nam si calore durities illa induceretur aqua facilime induresceret, haud secus ac lutum aestu ac calore ita arefactum ut solidam sibi duritiem induisse videatur. *Finis* absolute ultimus & Universalis, est gloria Dei: *omnia a Deo, omnia ad Deum: in suo a. genere: integrare mundum: Intermedius* externus usus & varia vitae humanæ utilitas, quot namque & quantos usq; ferrum præstat experientia edocet i sponte testabuntur: operatio Metalurgorum ad finem hunc externum dirigatur, quippe qui variis se macerent ac crucient laboribus, ut ferrum dulce bonum ac malleabile habeant.

### §. VI.

Qucunque oculos converterimus,  
quam mundi plagam inspexerimus,  
nusquam

nusquam magis miranda, magis intricata & occulta deprehendemus naturæ miracula & virtutes, quam cum æqvaliter ferri & Magnetis ab utraqꝫ parte trahentes spiritus consideremus. Miremur namque fluxum & refluxum maris, miremur providentiam naturæ in minutissimis utpote vermis & aliis insectis: Uberiori tamen admiratione stupore & inquisitione dignum est, qvod ferrum & magnes amicis oculis se invicem respiciant, qvippe qvæ tanta familiaritate jugantur, ut arctissimum eorum conjugium nunquam separetur; qvin Magnes etiam virtutē suam deperdere videtur, nisi ferro corroboretur ac confirmetur, qvare & ipsis in ferri mineris Magnes invenitnr, adeo se mutuo diligunt, adeo communi fœdere Conspirant! conspirant autem & amica familiaritate junguntur, transmissis & coeuntibus utriusque Magnetis & ferri spiritibus, quorū intimos nexus & complexus; unū horū, nulla ratione nulloque modo præpe-

peditum, satellitibus tanquam stipatū ad alterum, liberum ducit: Similia namque unionem desiderant, rerumq; consentientium naturæ circumstantis amicitiae corona ornantur impense & coronantur. Hinc ferrum Magnetis naturam æmulari dicamus, adeo ut ferrum Magnes quoq; sit imperfectus, & contra Magnetem ferrum inchoatum proclamemus, quippe qui in ferrum seu chalybem transmutetur purissimum. Confæderata proinde amicitia cum natura nostra humana cohæret, quippe quod sine detimento & dolore in nonnullorum corporibus gestetur; cum autem vulnera, livore tumens aliqua plaga ferro inficta, immensum excitent dolorem, non tam ferro, quam qualitatibus liquorum, quibus ferrum est temperatum, hoc imputandum censemus: hæ enim homini interdum plus quam inimicæ sunt. Alias autem Metallum hoc Medicinali quadam arte & industria in liquores solutum, virtutibus ejus temperaturam primam m-

qualitatum exprimentibus & in sequen-  
tibus, variis morbis laborantibus, ut  
pote Hydropicis, spleneticis, lienteri-  
cis & Cœleacis maxime utile est &  
proficuum. Contumaces quoque ven-  
tris obstructiones mirandum in modū  
aperit, humiditates consumit, taliaque  
plura saluti hominum interventia præ-  
stat. Metalli hujus præterea desiderio  
fertur ipse Struthiocamelus, qui ferrum  
non modo devorat, sed etiam deglu-  
titum digerit. Cum enim omnes vo-  
lucres etiam aquis adiretæ multo cali-  
diori stomacho quam cetera bruta gau-  
dent, ut ossa etiam & quævis dura, num-  
mos æneos, ferri particulas devorent  
& concoqvant, quemadmodum histo-  
riarum Thesauri passim hoc aperiunt,  
propterea quod salis genere, sive fit  
nitri sive aluminis sive vitrioli, abun-  
dant, cuius virtute in salinam avis ma-  
teriam agente spiritumque in ea sali-  
num acuente, stomachi calor excita-  
tur, ut ferrum & alia dura consumere  
queat. Idem enim quod Sal extra in  
quavis

quavis ferrea lamina præstat, id etiam in avibus efficere proclivi negotio vallet: Materiam autem talem volatilibus inesse, excrementa eorum, tota sane, temporis successu, in sal, nitrum efflorescentia, abunde docent. Similiter & Cimices clavum quendam ferreum parieti, cui nidum affixerunt, infixi, ejus dulcedine allecti unanimes amplectuntur, & exosculantur: Herbæ etiam nonnullæ qualitate quedam ferrea instructæ sunt ut Magneti conservando conductant, quod ex sedimento ferreo, cum adustæ fuerint, conspicitur, ut Erythrodanum & Isatis sylvestris, tanto hujus metalli delectamento trahuntur, ut supra mineris florentes sane & lubentes crescant.

### §. VII.

Si jucunditatē omnium corporum naturalium species, tū sane unumque affirmatum ire existimamus, nihil esse jucundius nihil quoque suavius nihilque magis utilius magisque exceptabis.

optabilius, quā illud perlustrare Gazio-phylacium, ubi splendidi isti Thesauri sepulti jacent & reconditi, qui ad varium ac necessarium rerum usum qvā maxime conducunt : Signa itaque, quibus Metallum hoc agnoscere queas, erunt præter naturalem mineræ indolem , sequentia : si scilicet freqventissimi halitus & vapores de aliquo terræ loco , qui pruinæ congelationem hinc inde depellunt & avertunt, exsurgere animadvertis: Si montes aliqui lividi conspiciantur, qvorū præcipue radices septentrionē spectant, vertices autem in meridiem inclinant; Ex hujusmodi enim montiū rimis atque fissuris sudores haud raro Metallici suspirant, qui absumtò humore intrinseco, montes steriliores reddunt: Ex talibus montibus duos excerptos lapides si contuderis, istisqve comminutis, intensum odorem Sulphuris si cognoveris; ferrum , vel aliud fortassis Metallum ibi tegi ac latere resciscas: Si insuper Plantæ aliquæ amicitiae vinculo

culo ac Sympathica con spiratione cum ferro conjunctæ, quæ semper super ferri Mineris gignuntur & florent, truncis inveniantur exilibus, folijs pallidis ac deciduis marcentes conspicuntur, vel etiam virgulta aut arbusculas diversis temporum vicibus, varias colorum mutationes subire animadvertis, adeo ut ramorum & surculturum folia, nunc livida, nunc subcœrulea, nūc discolora, nunc nigrore infecta qualia tunc operatione primariæ qualitatis, pro ratione temperamenti, in formatione Metalli dominium excercentis, persucum attractum effici possunt, cognoscantur: Si denique aquæ vel fluviales vel etiam lacustres odorem de se spargant sibi inconvenientem, aut etiam colorem Metallo competentem referant, vestigium Metalli mox representant, quod vel necum testabitur, qui vel tantum experientia est consecutus, ut Metallarios ipsum æs in ustrina præparandnm inquirentes, & e lacubus colligentes conspexerit. Multum quoq;

hac in re facit sapor, qui in fontium  
potissimum scaturiginibus cognoscitur,  
quorum fontium subsiliens aqua, aqua  
appellatur mineralis: In hisce, si scoria  
vel spuma quædam Metallica supra a-  
quas residueat, mineram procul distare  
& particulam Metallicam a vena lon-  
ginqviori extractam, docet, si vero fra-  
gmenta quædam in fundum depresso  
& imo penitus infixa videantur & a-  
spera, haud procul fossile hinc abesse  
conspicuum est.

### §. VIII.

Nec quoqu alienum erit brevissimis  
verbis commonstrare, quomodo arte  
quadam Chymica, solerti ac singulari  
industria, venas ferri indagare poteris:  
Cum enim aquam mineralem vel et-  
iam lacustrem, cum ipsis rebus quæ,  
Sympathica con spiratione cum ferro  
cohærent, vitriolo scilicet, Chymico  
more temperes, ac legitime deinde ad-  
hibeas, venam ferri latentem cognosces,  
quem temperandi & inquirendi  
modum

modum chymicis sua ipsorum arte superbientibus, relinquimus & liberaliter largimur, bene hoc ipso contenti, quod id ipsum brevius & strictius indigitaverimus: Si quoque Lanceolam ex ferro & ligno commixtam, rite in æquilibrio, ita ut ad neutram partem inclinet, conficias, quam *Virgulam* vocant *Divinatorm*, quæ ignis ope vel solis calore affecta, supra particulam æris ferrei explorandam posita, tota sane ad æs hoc inclinabit, ferrumque ibi latere monstrabit. Verum hinc omnes amandamus superstitiones, quas observare solent, qui maximam hujus rei partem tribuunt vel tempori sacro ac festivo, vel loco, quo crescit arbor, ex qua virga hæc conficitur, vel homini, certo sub sidere, nato adsignant, quæ sane omnia nihil quicquam aliud sunt, quam meræ præstigiæ ac illusio-  
nes Diaboli, qui quorundam animos divitiarum cupidos excœcavit, ut arte magica ac incantationum carminibus

inconditis, ferrum vel cætera metalla,  
libidinis satiandæ causa, in summe de-  
plorandam animarum suarum perni-  
ciem, eruerint. Ultimo tandem qvam-  
quam raro, casu qvodam fortuito, ve-  
na ferri dignoscitur: dum vel resolu-  
tæ defluentes nives, vel violenter ca-  
dentes fluvii, petras aut etiam mon-  
ticulos scindant, vel nemora incendio  
cremata, aut terræ motus ferrum  
prodant, de qua re Elegantissime  
Poëta:

- - - *Æs atq; aurum ferrumq; repertum est:*  
*& iterum*

*Etsim illi argenti pondus, plumbiq; potestas,*  
*Ignis ubi ingentes Sylvas ardore cremarat &c.*

Vel cum arbores iectu fulminis ve-  
hementiori, aut impetu ventorum ve-  
lociori id detegant, ut Excellenter Po-  
ëtarum Maximus Virg. canit.

*Ac veluti montis saxum, de vertice præceps*  
*Cum ruit, avulsum vento, seu turbidus imber*  
*Proluit, aut annis, solvit sublapsa vetustas.*  
*Aut etiam aliæ res hujusmodi fortui-*  
*ta ef-*

ta effecta producunt. Hæc fuerunt signa & modi cognoscendæ bonæ venæ sive mineræ; loquimur nunc de ~~mixtione~~  
~~et~~ boni æris: Gleba itaque Mineralis coloris bruni, ut dicere amat, Kirckerus, gravissima sane & ponde-  
rosa, valdeque solida compacta, cui nihil qvicquam cum terra, faxis, vel  
cæteris metallicis corporibus, est com-  
mune, perfectissima est & unice desi-  
derata; Altera vero tot granis opple-  
ta, ut digitis facilimo negotio in mi-  
nutias redigi possit, paulatim & splen-  
dens, malæ venæ indolem common-  
strat: Tertia grossiore granosa sub-  
stantia compacta, coloris est nigri ac  
pretii vilissimi: Cui succedit & alia  
æris Mineralis species minutioribus  
constans granis, quæ pro situ ac con-  
ditione matricis nunc perfectior nunc  
autem vilior invenitur. Inveniuntur  
præterea & aliæ glebæ peculiares, quæ  
ex mixtura aliorum fusilium & liquabi-  
lium Metallorum, inferrum funduntur,

mallei tamen ob debilem partium  
nexum sunt impatientes. & contra:  
quædam tuditis ictus pronæ subeunt,  
difficile tamen & nec sine maximo ne-  
gotio liquefiunt, qvarum glebarum u-  
sus præprioris in tormentis bellicis fun-  
dendis elucet; Ex hisce: itaque sua  
sponte fluere quisque videt, ferrum in  
substantiis terrestribus repertum, varii  
esse generis, adeo ut summæ sit per-  
fectionis & dulce, quod ex iis eruitur  
montibus, e quibus aquæ dulcissimæ  
ac gustui gratissimæ defluunt ac pro-  
rumpunt; Hoc namque ordinario fa-  
brorum igne in nobile ac tractabile  
ferrum transformatur. Ferrum in  
candido saxo progeneratum durum e-  
vadit. At quod in terra rubra & fla-  
va pronascitur adeo est crudum, inco-  
ctum, aliorum Metallorum odoribus  
& quisquiliis corruptum, asperum &  
terrestre, ut vix vehementissimis for-  
nacum ac ustrinarum tormentis, ma-  
gno cum laboris & sumptuum impen-  
pendio,

pendio, ad bonam indolem deduci que-  
at. Ex hisce, inquam, notis & signis,  
longo operis ac rerum usu & experien-  
tia edocti Metallurgi, ferrum purum  
ab impuro, optimum a corrupto, dul-  
ce ab aspero sejungunt & discrimi-  
nant.

### ¶. IX.

Ut itaque situs minerarum non ubi-  
que est æqualis, quin pro matricis con-  
ditione ferrum nunc uberius & per-  
fectius, nunc vero parcus & asperi-  
us invenitur; ita nec similis est ferri præ-  
parandi & temperandi ratio, cognita in-  
primis ferri in minera contenti copia vel  
inopia, puritate item & impuritate: Fer-  
rum enim sumæ & ultimæ perfectionis e  
cappadociæ fluminibus tanquam for-  
nacibns prodit. In Hybernia lacus in-  
venitur, cuius fundo si hasta quædam  
Lignea fuerit infixæ, pars luto invo-  
luta in ferrum degenerare, pars vero  
in aqua remanens cotis æmulari na-  
turam dicitur, vertice supra aquam

eminentē, metamorphosin prorsus respuente: In hisce autem terris nec simplici sed certo quodam ac legitimo, modo minera in ferrum vertitur: ut in primis sumat quis mineralm certi alicujus ac noti ponderis, eamque fractam & contusam tabellæ cūdām æneæ adfigat, adhibito a parte inferiori Magnete, quem paulatim motum, cum minutia ferreæ, relicta terrea materia, amica tanquam mente insequantur & amplectantur, quantitas ferri in minera latentis dignosci, ejusque ratio optime haberi potest; qua cognita ingens carbonum, ijs ex arboribus adustorum, quæ vehementissimum suscitant ardorem, acervus cumulandus, cum quibus Minutiae glebarum minerarum probatae, lectæ & examinatae, ustrinæ sunt immittendæ, ubi eo usque coquuntur, funduntur & elixantur, quoad in debitam suam maturentur perfectionem, tum denuo emissæ ac in laminas fusæ, pluviis

pluvijs ac imbribus Cœli , solis & ardori exponuntur ac elocantur, a quibus cum sint imprægnatæ & rigatæ, denuo eas diminui necesse est, quo hoc adecuratius animadvertis , num ferrum nuper efformatum alterius alicujus metalli odorem referat , quem si deprehendes, priorem modum repetas igniumq, tormentis tamdiu crucies, donec duritiem pravam suamq; deperditā impuritatē, relicta scoria, repudi et & dulce ac malleabile fiat; si vero adhuc obstinatam duritiem ejurare nolit, chalybem exinde efficias egregium. Focus autem ille Vulcanius, quo ferrum ita excoqvitur , circa ima receptaculum quoddam in se habet rotundum, ex luto & argilla, carbonibusq; in pulverem diminutis, optime aqua mixtis, compactum , in cuius centro foramen est relictum , per quod folles, ventos exonerare ad exsufflandos carbones possunt, tuncque deinde hoc repositorium muro quodam la-

pideo est cinctum, quo fervor, ignis  
um hoc sit intentior ac magis rever-  
beretur, eaqve ratione minera lique-  
fiat et in ferrum transformetur.

### §. X.

Cum autem ferrum variis homi-  
num usibus ac commodis inserviat,  
varias quoque & singulares exposcit  
temperaturas, quod quo munus su-  
um rite obire queat, aliud mollius,  
aliud quoque durius, aliud autem me-  
diocriter est temperandum, quare &  
artifices, colorem ferri igniti, probis-  
sume observant: Liquore deinde pro-  
be librato & ponderato juxtaque in-  
tentionem electo, ferrum ad nutum, in-  
ducto colore certo, intingunt, ut quæ  
instrumenta nervosa exilitate erunt,  
oleo ac butyro melle vel convenien-  
tiarum herbarum succo sunt illinen-  
da, qvæ vero robur in cædendo acqvi-  
rent, acribus extingvenda, dura au-  
tem summitatibus unguilarum Equi,  
vel cornuum bovis, vitro trito ac fa-

le con-

le communi, aceto commixtis, imbuenda. Alias quoque multa dicunt flu-  
mina inveniri, aquam, huic tempera-  
tioni, apprime accommodam, vehentia,  
Hinc Horatii *Iberæ Lorice* a flumine  
Ibero, hoc est fortissimæ hinc : *Salo*  
*armorum temperator*, nuncupatur, Vir-  
giliique Thorax duratus lambro, o-  
ptatur :

*Nec nisi duratum lambro Thoraca volebam:*  
Et alibi ;

*Ensis quem Dauno, cogitans Deus ipse parenti,*  
*Fecerat & stygia candonem tinxerat unda.*

q. XI.

Solent etiam haud raro instrumen-  
tis ferreis Icones seu Characteres in-  
scribi, idcirco illum & inaurandi mo-  
dum, ne nimium officio nostro deesse  
videamur, monstrabimus : Redigatur  
itaque pyrites aurei coloris in pulve-  
rem, isque per diem naturalem in aceto  
acri maceretur, deinde vase admoto,  
igni, infusum ut acetum serveat, aliud  
eiusdem generis acetum superinfunda-  
tur quo

tur, quo exsiccato, materies illa in fundo relicta, organis vitreis, in liqvorē est distillanda, quo tandem liqvore in omni ferreo instrumento literæ ac characterēs designantur, qvæ qvidē prima facie nigræ apparebunt, at siccatae pannoque linteo fricatae, clariores & tanquam aureæ conspicientur: Modus vero inaurandi hic est: accipias quintam partem auri malleo extensi, cui duas quintas Mercurij addas, quæ commixta igni committas quoad fermeant, tunc, cum ferbuerint, mixtrā hanc ex auro & argento vivo, tigillo cuidam injicias, aurumq; in fumū siccato Mercurio, inde in scutellam frigida oppletam conjicias, quo ferrum obduci & inaurari possit, Ferrum autem in primis aceto, sale & vitriolo commixto, coquendū, unde immediate ante inaurationem eductum; eodem præparato auro illinendum, atq; sic inauratur. In obductione argenti plumbi stanni aliorumq; metallorum, eadem fere ratio est observanda.

## §. XII.

Ultimo tandem loco brevissimis verbis Chalybis formationem tangamus, ne sicco prorsus pede illam prætergressi videamur, cum nihil aliud sit, qvam ferrum depuratum sive ad ultimum perfectionis & puritatis suæ gradum, vel ipsa natura vel etiam ut plerumque fit arte traductum; Cum enim natura in hoc producendo Metallo paululum segnis deprehendatur, ita ut non adeo abundantanti copia, ac ferrum vulgare, inveniatur, ideo solerti prudentia & singulari probata industria, qvodvis ferrum, in optimum Chalybem Metallarij convertunt, quem quoq; modum, nos parco verborum apparatu, prosequamur: Initio, fracta ferri frusta, antea bene excocta, carbonesq; ex sua ipsorum intentione, ac chalybis confiendi ratione, in receptaculo foci vulcanii sive ustrinæ disponunt, deinde admoto igne, folles, carbones suc-

succensos, solicitare summum ad fervorem permittunt, quibus mox alios carbones una cum marmoris & silicum pulvere commixtos, subinde imponunt, & cum istis virgas quasdam ferreas malleo extensas, in liquefacto & fuso hoc receptaculi liqvore, nonnullas horas relinqvunt, donec excitato continuis follium ventis, calore aperti virgarum harum pori, subtili quadam fluidæ materiæ substantia, impleantur. Quod dum Metallarij, longe cujusdam lancis ferreæ circumagitatione, observant, unam harum virgarum ustrinæ commissarum. post alteram, foco extractam, & tudite protractam, aquæ frigidæ immittunt, ac totiens hoc repetunt, quotiens addebitæ consummationis gradum illas virgas non pervenisse sentiant, atq; eo modo ferrum in Chalybem depuratur, ut ab omnibus partibus duricie, colore compactione, levitate, nitore, specificam a ferro differentiam, sibi indu-

induisse videatur. Verum brevitatis  
& instituti ratio nos hic pedem fige-  
re svadet ac monet, divertentes ad di-  
verticulum, ad quod omnium Metallo-  
rum stator ac conservator nos perdu-  
xit Deus Trinunus : Cui propter-  
ea sit laus gloria & sempiterna  
Majeftas;

ποείσματα.

Etsi superstitiosi quidam Neptu-  
num CHALYBE abigi posse existi-  
mant, veritati tamen hoc mini-  
me consonare indubitate com-  
probamus.

Qui inopi cito dat beneficia Deum  
fane videtur imitari, & quam-  
quam execrandus hominum  
livor altissima quæque feriens  
vir-

virtutem hanc non vult incolumem, qvia fertilior semper est  
 seges alienis in arvis, vicinumq;  
 pecus grandius uber habet ;  
 manebit tamen dum sui ipsius  
 tormentum erit invidia & in vi-  
 vis alitur , post fata quiete :  
 De benefico vero dixeris illud :  
 Tunc suus ex meritis quemque  
 tuerur honos ; qvippe quæ tan-  
 gere nequit livor.

Inimicum qui ulciscitur vita ei  
 eripere videtur, illud potius te-  
 neamus : conscientia mens recti  
 famæ mendacia ridet , & ipsa  
 virtus sibi pulcherrima merces  
 quæ dulcis venit ad manes &  
 vitæ cum gloria apud superos  
 durat , nec oblivia ejus come-  
 dunt laudem.

Ad VIRUM-JUVENEM

Propter literaturam politiorem, & morum  
decentiam amabiliorum, maxime con-  
spicuum,

Dn. MAGNUM ~~EX ALHEDIS~~  
Sympatriotam & amicum in pau-  
cis carum, curiosa non minus  
quam utili, Naturam FERRI & CHA-  
LYBIS detegentem disserta-  
tionem.

**N**on fuit in facili, Chalybis per-  
quirere semen,  
Naturam Ferri, dextro indagare la-  
bore.

Hoc tentare vadum, talem dissolvere  
nodum.

Sustinuit ~~ET ALHEDIS~~ felici sydere,  
præsens.

En! igitur nostri Magni meruere la-  
bores,

Eximiam laudem: Merces responde-  
at arti!

Perlege

Perlege quæ scripsit, Musarum docta  
propago

Stædhos Egregie, Collegerat undiq;  
dives

Et disces Ferri Chalybisq; inquirere  
venas,

Et Thema non tritum cernes aſt ar-  
te politum.

Mome ſileto igitur, nil rodas dente  
maligno,

Duritiem ferri Et chalybis non æq; re-  
fringes,

Tu meritas merito laudes nunc accipe  
Magne

Et pede felicitendas quo fidera ducunt.

Tramite difficulti, qui ad culmen pergis  
honoris,

Nec prece, vel gemitu nomen famamq;  
coemis.

Animo pronifſimo brevem hanc fed  
candidam reliquit gratula-  
tionem

S V E N O M. A R E L I U S.

In virum Pereximæ eruditionis modestiæque  
ac humanitatis,  
**DN** MAGNUM SETALHSTST,  
De Ferro & Chalybe egregiè differentem  
fratrem ac amicum meum  
perdilectissimum.

**M**usa sibi pretium doctrinæ,  
gloriam abundè,  
Æternum & sibi longa parat post  
secula nomen.  
Hæc pietate gravem, SETALHSTST Ex-  
tollat amicum, (laudes  
Æternasq; struat ventura in secula  
Opto, tuis studiis Deus ut benedicat  
ab alto,  
Vergere quo possint in laudem  
cunctipotentis,  
In patriæq; bonum tuum, simul E-  
molumenta tuoru!  
Qvod bonus ille Deus faxit semper  
benedictus!

Scripti & novi amice  
JONAS Z. HIELMERUS. W. Smol.

Χαίρειν καὶ ἐυδιάγειν.

Πᾶσα μὲν γέλυη ἐν ἀγυρῷ ξηλῆται, ἀλλ' εἰδηρῷ τῷ γέλει τὸ φεύγειν ἔργου χρηστότατον, οὐ τὴν φύσιν, καὶ πᾶς σκληρόμενον ἐρίστε οἱ χάλυψι λέγηται, πεπαιδευμένη ἡ συζήτησις Στῶν, ὡς ἑταῖος ἀριστεῖ δείκνυσθαι, νομίσεις γράμματος ξένον, ὡς ξένα τὰ τὰ κόσμα. Συγχάρω δὲ σοι  
ὅτι παρον ἐν Γιώης, εὖ σοι γέλον, σὺν Θεῷ,  
ἔχειν. Εἴς, εὔγε τῆς Φιλοπονίας Ιαύλης· Χέρ-  
ρῳ μεν πρῶτον εἰς παιδεῖστρον οἶμος, ἀλλ' εἴ-  
τα ὅμαλὸς ὑπάρχει, καὶ ἀθλὸς ἀδρὸς ἀθλὸν  
ἀδρον' εῖναι, οἱ οἵα Σοι γένηται, ἐκ Γῆς καρδίας  
Τὸ ἐνίγκημα δοι προσεύχομαι. ερρώσος

ἀποσχεδίως

H. MONTELIUS.

